

*Christus omnes homines salvos fecit.*

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli  
ad Romános

15, 4-9

**F**ratres:

- <sup>4</sup> Quæcúmque ántea scripta sunt,  
ad nostram doctrínam scripta sunt,  
ut per paciéntiam et consolatióem Scripturárum  
spem habeámus.
- <sup>5</sup> Deus autem paciéntiæ et soláccii  
det vobis idípsum sápere in altérutrum  
secúndum Christum Iesum,
- <sup>6</sup> ut unánimes uno ore  
glorificétis Deum et Patrem Dómini nostri Iesu Christi.
- <sup>7</sup> Propter quod suscípите ínvicem,  
sicut et Christus suscepit vos,  
in glóriam Dei.
- <sup>8</sup> Dico enim Christum minístrum fuísse circumcisiónis  
propter veritátem Dei  
ad confirmándas promissióes patrum;
- <sup>9</sup> gentes autem propter misericórdiam glorificáre Deum,  
sicut scriptum est:  
«Propter hoc confitébor tibi in géntibus  
et nómini tuo cantábo».

Verbum Dómini.